



Theophili Raynavdi Societatis Iesv Theologi, Opera Omnia

Tam hactenus inedita, quàm alias excusa, longo Authoris labore aucta & emendata : Accessit Tomvs Integer Complectens Indices Septemdecim in vniversum Opus, omnium quotquot prodierunt locupletissimos, Qvibus Absolvts Divinae Av Humanae Eruditionis Thesaurus Orbi literato aperitur ; Adiectus est ...

Raynaud, Théophile

Lugduni, 1665

Capvt. II. Ænigmatis propositi secunda enodatio, per Photinum atque Marcellum; Verbum quod caro factum dicitur, non substantiale quid esse, sed duntaxat nuncupatium.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-79561](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-79561)

bonitas, quia circa te plus exercent bonitates.

Nec illa minus conueniens clausula est S. Hilario
h. de Trin. [Dei igitur imago inuisibilis, pudorem
humani exordij non recusat, & per conceptionem,
partum, vagitum, & cunas, omnes naturæ nostræ
contumelias transcendit. Quid tandem dignum à
nobis tante dignationis affectui rependatur? inenar-
tabilis adeo originis vnus vniuentis Deus, in corpuf-
culi humani formam sanctæ Virginis vtero inferens
ascendit. Qui omnia continet, & intra quem, & per
quem cuncta sunt, humani partus lege profertur: Ad
cuius vocem Archangeli & Angeli tremant, cælum,
& terra, & omnia mundi humis resoluuntur elementa,
vagina infanzie auditur. Quinuisibilis & incompre-
hensibilis est, non visu, sensu, tactuque moderandus,
cuius est obsequio. Hæc sic vires indigna Deo reco-
le, tanto te maioris beneficij obnoxio confitebitur,
quanto minus hæc Dei conuenienter maiestati. Non
est eguit homo effe, per quem homo factus est: sed
non equimus, vt Deus caro fieret; & habitaret in no-
bis, id est, assumptione carnis vnus, membra vniuer-
sæ carnis incoheret. Humilitas eius nostra nobilitas est,
contumelia eius honor nobilis est: quod ille est Deus
in carne consistens, hoc nos vicissim in Deum ex carne
renati. Sei ne forè detineant scrupulosos conceptioni
cunæ, vagitus, partus, atque conceptio,
residenda est singulari Dei dignitas: vt voluercis hu-
militatem potestatis ambicio præcedat, nec dignatio-
nem dignitas derelinquat.]

*Enigmatis propositi secunda enodatio, per Pho-
tinum atque Marcellum; Verbum quod caro
factum dicitur, non substantiale quid
esse, sed duntaxat nuncupativum.*

34. Secunda explicatio ænigmatis propositi, tradita
a Marcello atque Photino, cuius errorem tarde
fuit perfectum fatetur S. August. l. 7. confess. c. 19. co-
de debilibus est, quod phantasia non in humana
Christi natura natuit, sed in Verbi persona. [Verbum
quod ex Deo est, inquit S. Cyrillus initio libri de fide
ad Theodosium, agens de his hæreticis,] non habere
substantiam dicant; sed simpliciter Verbum quod
secundum solam pronuntiationem intelligitur, homi-
nem factum esse affirmant. [Hoc est quod Fulgentius
lib. 4. ad Trasimundum c. 6. tradit, Photinum conse-
fite duntaxat, verbum prolatum & nuncupatum
non autem substantiale. Itaque insulse Erasimus ad
epistolam S. Augustini vbi habetur Photinianos
negasse, vllam nisi Dei Patris esse substantiam, illinc
margini hæc notationem: *Substantia dixi pro persona.*
Hoc dico male illi Augustino, qui ex mente Phoci-
niani non vltimipie ibi substantiam, etiam pro natura
Photinini enim, nullam fuisse personam, fuisse naturam
substantialem agnoscebant in Verbo Dei, sed illud
starebunt prolatum quid. Et facior quidem, Ver-
bum vocale à Deo efformatum ad modum verbi hu-
mani, esse tenebra aliquid: nam est qualitas soni, im-
plantata substantiæ ætæris distracta per pronuntiationem

Error Photini conuallitur.

84. Sed neque hæc propositi ænigmati expolitio, admitti potest. Est enim (tutissimi cordis eructatio, vt rectè pronuntiant S. Cyrillus l. de fide ad Theodof. in confutatione huius erroris quam S. obliterant, instituit ex illis verbis. 1. Ioan. 2. *quis est medax, nisi qui negat quoniam Iesus, est Christus? Hic est Antichristus, qui negat Patrem & Filium. Omnis qui negat Filium, nec Patrem habet. Qui confitetur Filium, & Patrem habet.* Tertullianus aduersus hunc errorem disputato, uersuta de more & fortis est. Sic enim habet in eradicatione aenarum Praxeænarum cap. 7. [Ergo inquis, de aliquam substantiam esse sermonem, spiritu & sophia traditione constructum? Plane. Non vis enim cum substantiarum habere in se per substantiæ proprietatem, vt res & persona quedam uideri possit, & ita capiat secundus à Deo constitutus duos efficere, Patrem & filium, Deum & Sermonem. Quid est enim, dicit fermo, nisi vox & sonus oris, & (sic quæ Grammatici dicunt,) ær offensus, intelligibilis auditu, cæterum vacuum nescio quid, & inane, & incorporale? At ego nihil dico de Deo inane & vacuum prodire potuisse, vt nõ de inani & vacuo prolatum: nec carere substantia, quod de tanta substantia processit, & tantas substantias fecit: fecit enim & ipse quæ facta sunt per illum. Quale est, vt nihil sit ipse, sine quo nihil factum est: vt inanis solida, & vacuis plena, & incorporalis corporalia sit operatus? Nam & si potest aliquando quid fieri diuersum eius per quod fit, nihil tamen potest fieri per id quod vacuum & inane est. Vacua & inanis res est fermo Dei, qui filius dictus est, qui ipse Deus cognominatus est: *Et fermo erat apud Deum, & Deus erat fermo?* Scriptum: *Non fumes nomen Dei in quantum.* Hic certe est, qui in effigie Dei constitutus, non rapinam existimauit esse se æqualem Deo. In qua effigie Dei? vique in alia, non tamen in nulla. Quis enim negabit Deum corpus esse, & si Deus spiritus est? spiritus enim corpus sui generis in sua effigie. Sed & inuisibilia illa quæcumque sunt, habent apud Deum, suum corpus, & suam formam, per quæ soli Deo visibilia sunt, quanto magis quod ex ipsius substantia, nullum est, sine substantia non erit? quæcumque ergo substantia Sermonis fuit, illam dico personam, & illi, nomen filij vindico: & dum filium agnosco, secundum à Patre defendo.]

Nihil hac corporeitatis diuinæ affectione, peccatum
atque virtutibus, qui pro solida substantia, nomen *corpore*
is usurpauit, monstratum est in Natur. Theolo. dist. 6.
num. 11. Rectè igitur contendit Tertullianus, agnos-
cendam esse in persona Verbi substantialem solidita-
tem; sine qua rueret planè fides nostra, euerla Triade
personarum verè substantientium. Apostoli quoque in-
ter planos improbiissimos numerandi essent, qui an-
nunciarent deum Verbum, quod nihil reipsa sit sub-
sistens, sed tantum sit sonus configuratus in vocem.
Neque verò cum blasphemia tantum, sed etiam cum
aburditate incredibili, verbum prolaticum dicereetur
factum homo. Quo enim vel imaginario sensu, sonus
dici queat fieri homo? Meritissimè proinde Phorinus,
in magno Nicæno Concilio damnatus est, vt notat
Anast. c. 5. dist. 7, per illam (vt c. 9. loquitur,) [syno-
dum]

dum sanctissimam atque beatissimam, Spiritus sancti quasi vnigenitam filiam.] Additque Lucifer Calaritanus Ide non parcendo in Deum delinquentibus, absurde Simones nuncupasse Photinum & lucidum, quem *εὐαγγελιστὴν*, seu tenebrosum nominare par fuerat.

85. Fundamentum vnicum Photini, ductum ex appellatione Verbi, scilicet eueritur à Theodoro Ancyranus homil. de Natali Saluato, tomo. 6. Conc. Ephes. cap. 10. [Deum verbum nostrum (inquit) prolatum in subsistentis Dei verbi exemplum assumo; nemo existimet, nos Dei Verbum producti nostro simile censere; absit: Nam dum sacra diuinaque scriptura, vnigenitum Dei filium Verbum nominat, solam natiuitatis ipsius imparibilitatem per hoc insinuat: Nam & humana quoque mens, citra patibilitatem verbum suum generat. Etenim scriptura sacra vnigenitum, modo Patris filium appellat; nonnunquam Verbum nominat; interdum etiam Patris splendorem vocat. Quolibet autem horum nominum eo sine ipsi accommodat, vt intelligat, quæ de Christo passim dicuntur, ea procul abesse ab omni omnino blasphemiam. Alias enim alijs nominibus ipsum designat, dum congruam diuinæ gloriæ conuenientem doctrinam tradere studet. Exempli causa, naturæ consubstantialitatem asserere volens, vnigenitum, Patris filium vocat: Nam & tuus quoque filius, eiusdem tecum nascitur natura. Vnam itaque eandemque Patris & Filij substantiam esse, ostendere volens, vnigenitum ex Patre natum, Patris filium appellat. Deinde verò quoniam filius, eiusve qui nascitur, ortus, passionem apud nos denotant, ideo hunc Dei filium verbum nominat, natiuitatis imparibilitatem nomine hoc exprimit: verum enim verò quod quis in humanis pater, quatenus homo, citra vllam controuersiam filium suum ætate antecedit. (Nam ipsum paternitatis vocabulum id secum fert, vt Pater necessarîo ante filium existisse, intelligatur;) ne istud diuinæ quoque naturæ accidisse suspiceris; sed ipsum vnigenitum cum Patre semper existisse confitearis; vnigenitum Dei filium, Patris splendorem vocat, splendor namque vnâ cum luce producit, existitque. Generationis itaque imparibilitatem Verbum significat, consubstantialitatem suam indicat, coexistentiam *splendoris* vocabulum insinuat.]

Marcellus Ancyranus, an Photini errore sorduerit S. Chrysostomo lux illata.

86. Error iste Photini, creditur item fuisse Marcelli Ancyranus. Fuit enim Marcellus, Photini Magister. Et quamuis non desint, qui dicant Marcellum per calumniam, insinuatorem ab Arianis esse huius erroris; tamen graues Patres, hoc eum crimine grauant. Ita enim disertè S. Basilus epist. 12. & S. Hilarius apud D. Hieronymum I. de scriptor. in Marcello, ac Chrysostomus homil. 6. in epist. ad Philipp. Hinc verò colligi poterit germanus sensus loci aliqui lubrici, quo S. Chrysostomus homil. 3. in ad Hebr. videri posset tradidisse errorem Nestorij, & duplicem in Christo statuisse personam. Ibi enim impugnato errore Iudeorum qui vnicam in Deo agnoscunt personam, ait eum errorem, quem mox Sabellio ac Marcello tribuit, relessi ex illis verbis ipsi 44. *ὅτι καὶ ὁ Θεὸς, ὁ Θεὸς ὁ Θεός.* Ait ergo S. Chrysostomus, ex illis verbis [Plais, impugnari errorem prædictum, & aperte ostendi duas personas, Deum & hominem cum hac postrema verba videantur ipsissimo Nestorij errore sordere, vt ea macula S. Chrysostomum poram præstarent, dixere nonnulli, corruptè legi apud D. Chrysostomum, colligi ex eo Plais loco. Deum & hominem esse duas personas. legendumque reuera esse, aperte inde ostendi. Deum & Deum esse duas personas. Et sanè Theophilactus qui abbreviatorem Chrysostomi solet agere, non ha-

bet, ostendi ex Plais eo loco duas personas esse Deum & hominem, quod saperet Nestorianismum, sed haberet, ostendi inde, duas personas esse Deum & Deum, quæ lectio bellissimè concinit cum scopo S. Chrysostomi, & consensione erroris Iudeorum ac Marcelli ex prædicto Plais loco, quo tam disertè, Deus vnctus à Deo vngente secerit. Hac enodatio loci Chrysostomi non est inuicibilis. Possimus tamen ex dictis contra Marcelli errorem, colligere germanum S. Chrysostomi sensum, nō admissio vilo apud eum modo lectionis. Nam Deus vngens qui patet Deus est, nempe Pater; & homo Deus, inunctus à Patre, omnino statui debent plures diuinæ personæ, quandoquidem Plais alloquens Deum hominem, inunctum, & discretè eum compellens nomine Dei, affirmat Deum ipsius, atque ad aliam diuinam personam, sic imbutum illum vngine patet participibus. Quare mens S. Chrysostomi eo loco, non fuit duas in Christo personas statuere, alteram Dei, alteram hominis: id enim repugnaret potius instituto S. Chrysostomi qui ibi pugnat contra Iudeorum & Marcelli errorem de vnica diuina subsistentia; Sed mens S. Chrysostomi fuit, duas in Patre & Verbo incarnato personas agnoscere, id quod aperte eruitur ex allegato loco Plais, non autem duplex in Christo persona.

C A P V T III.

Enodatio tertia ænigmati ab Apollinare, Verbum ex parte carnem factum esse, per transiitum verum ac conuersionem in carnem.

87. Aliam viam exponendi ænigmati propositi inuit Apollinaris, dicens, Verbum factum esse hominem, quatenus factum est pars hominis, carne quæ hominis pars est Synecdochicè usurpata pro toto homine. Castè autem ac exactè locutum Euangelistam, non dixisse Verbum factum esse hominem, sed factum esse carnem, vt insinuat Verbum factum esse carnem absque anima, idque parte quadam Verbi conuersa in carnem. Ita enim disertè hunc errorem refert S. Leo serm. 8. de Nativ. Dom. c. 4. *in fine.* Audiendus etiam Vincentius Lytin. c. 17. commonit. vbi errorem Apollinaris sic refert. [Dicit in ipsa Saluatoris nostri carne, aut animam humanam penitus non fuisse; aut certè talem fuisse, cui mens & ratio non esset. Sed & ipsam Domini carnem, non de sanctæ Virginis Mariæ carne susceptam sed de cælo in Virginem descendisse dicebat eamque mirabundus semper & dubius, modò coeternam Deo Verbo: modò de Verbi diuinitate factam prædicabat. Nolebat enim in Christo duas esse substantias; vnam diuinam, alteram humanam: vnam ex Patre alteram ex matre: sed ipsam Verbi naturam putabat esse discissam, quasi aliud eius permaneret in Deo, aliud verò versum fuisset in carnem.]

Trimembris error Apollinaris ad ænigmati enodationem: Quis ipse, & quantus.

His verbis tria palmaria Apollinaris pronuntiata comprehenduntur. Primum est, quod pars Verbi conuersa sit in carnem, vt Verbum dici possit factum caro, & Synecdochicè homo. Secundum est, quod pars illa Verbi, in nudam carnem absque anima fuerit conuersa. Tercium est, quod ea caro non fuerit humana, & deprompta ex visceribus B. Mariæ, sed Sydere aque cælestis, iuxta illud, *secundus homo, de cælo cælestis.* Eodemque referebat Apollinaris, quod Christus Ioannis 3. & in Symbolo, dicitur de cælo descendisse. Cum enim hic descensus non potuerit in diuinitatem cadere, vt mendaciter Catholicis assinxere quidam hæretici apud Anastasium cap. 2. 1. 177. restat vt accipia-